Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749214-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749214-p0002-3

46

No. XIV.

MISCELLANEÆ THESES

Quas

Occaſione Diſcurſuum publicorum

collectas,

SUB PRÆSIDIO

JOANN à SCHULTZ SZULECKI, JCT.

privato - publicæ disquiſitioni ſubmittunt

Reſpondens

BUSSO LUDOVICUS de BISMARCK,

& Opponentes

DD. HOUCK ET EHLERD.

d. 6. Aprilis MDCCII.

Francofurti ad Viadrum,

Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749214-p0003-8

I.

INter modos tollendæ obligationis primum locum obtinet Solutio. Sed neqve hæc ſemper vel debitorem liberat, vel creditorem acceptantem ſecurum reddit. Invito verò debitore ab alio extraneo facta vim qvandam habet; Habitâ diſtinctionis ratione inter effectum tollendæ obligationis & repetitionem ipſam ſolutionis invito debitore factæ, Atqve ita conconciliari poſſunt *l. 53. ff. Mandati l. fin. C. Neg. Geſt. & l. fin. ff. de N. G.*

II.

Creditori invito ante diem ſolutionis obtrudere ſolutionem debitor non ſemper poteſt, licet comodum Creditoris promoveri poſſe appareat; Sed debitor qvandoq; ante diem ſolutionis conveniri & compelli poteſt ad ſolutionem præſtandam, licet in ipſius favorem dies ſit adjectus.

III.

Famulo Domini Chirographum ſurripienti & oſtendenti rectè & ſecurè ſolvit debitor, non verò ſemper extraneo etiam bonæ famæ homini tenore Chirographi debitum exigenti etiamſi inſerta ſit Clauſula: **Allen treuen Inhabern dieſes Brieffs.**

IV.

Poteſt qvandoqve alia res pro aliâ Creditori ſolvi, etiam invito. Neqve ſibi obſtant invicem Leges *l. 17. C. de Solut. l. 71. §. 3. ff. de Leg. 1. auth. hoc niſi C. de Solut. & Nov. 120.*

V.

Acceptilatio ſuccedit, tollendæ obligationis prioris

ris remedium: Qvod qvidem jure civili, cautè & egregiè, ſtipulatione vel ſimplici vel Aqvilanâ circumſcriptum eſt §. 1. *Inſt. Quib. mod. toll. Oblig. & l. 8. & 18. ff de Acceptil.* Non ſatis cautè hôc argumento uti licet in foro ſpirituali & Eccleſiaſtico, niſi intellectis & ſecundum amusſim perſicam libratis temperatisqve terminis.

VI.

Progredimur ad novam liberationis ſpeciem, nempe novationem: Qvæ expreſſum reqvirit conſenſum, adeò ut nec Procuratoris nec ſocii novatio Dominum obliget: ipſi tamen novantes obligantur.

VII.

Creditor cogi non poteſt, ut nomine debitoris ſui Fiſcum delegatum admittat & accipiat, etiamſi Fiſcus ſit ſolvendo & in delegationem conſentiat.

VIII.

Compenſatio facillimum eſt liberationis remedium qvô tamen plerumqve quantitates compenſari ſolent. Dantur tamen caſus, qvibus genus cum genere compenſari neqvit, ſpecies tamen rectè cum ſpecie.

IX.

Oblatio & obſignatio pecuniæ judicialis tutisſimus modus eſt tollendæ obligationis, etiamſi judicis fraude, vel negligentiâ, vel etiam loci minus tuti caſu res depoſita perierit.

X.

Non ſemper ſpeciei interitu, neqve etiam præſcriptione, imò nec ſententiâ, qvæ in rem judicatam tranſiit, ſolvitur obligatio.

(o)

01 A 6541 f

ULB Halle 3
003 090 396

TA → OL

1018

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749214-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749214-p0008-7

46

No. XIV.

MISCELLANEÆ THESES

Quas
Occaſione Diſcurſuum publicorum
collectas,
SUB PRÆSIDIO
JOANN à SCHULTZ
SZULECKI, JCT.
privato - publicæ disquiſitioni ſubmittunt
Reſpondens
BUSSO LUDOVICUS de BISMARCK,
& Opponentes
DD. HOUCK ET EHLERD.
d. 6. Aprilis MDCCII.

Francofurti ad Viadrum,
Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749214-p0009-6